



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.
vsque ad CXIV.

Vázquez, Gabriel

Antverpiæ, 1620

Dispv. CXXXVII. An præter quinque notiones alia sexta possit constitui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)

oportet, quod in aliqua personarum sint aliqua notiones duar vel plures, sicut in persona Patris ponitur innascibilitas, & paternitas, & communis spiratio. Aut igitur istae tres notiones differunt re, aut non: Si differunt re: sequitur, quod persona patris sit composita ex pluribus rebus. Si autem differunt ratione tantum, sequitur, quod vna earum possit de alia praedicari, vt dicamus, quod sicut bonitas diuina est eius sapientia propter indifferentiam rei: ita communis spiratio sit paternitas. Quod non conceditur. Igitur non sunt quinque notiones.

Sed contra. Videtur, quod sint plures. Quia sicut pater à nullo est, & secundum hoc accipitur notio, quae dicitur innascibilitas: ita à Spiritu sancto non est alia persona. Et secundum hoc oportet accipere sex notiones. Præterea. Sicut Patri, & Filio commune est, quod ab eis procedat Spiritus sanctus: ita commune est Filio, & Spiritui sancto, quod procedant à Patre. Ergo sicut vna notio ponitur communis Patri, & Filio: ita debet poni vna notio communis Filio, & Spiritui sancto.

Respondeo dicendum, quod notio dicitur id, quod est propria ratio cognoscendi diuinam personam. Diuinæ autem personæ multiplicantur secundum originem. Ad originem autem pertinet à quo alius, & qui ab alio: & secundum hos duos modos potest innotescere persona. Igitur persona Patris non potest innotescere per hoc, quod sit ab alio, sed per hoc quod à nullo est. Et si ex hac parte eius notio est innascibilitas. Sed in quantum aliquis est ab eo, innotescit dupliciter. Quia in quantum filius est, ab eo innotescit notione paternitatis: in quantum autem Spiritus sanctus est, ab eo innotescit notione communis spirationis. Filius autem potest innotescere per hoc, quod est ab alio nascendo, & sic innotescit per filiationem. Et per hoc, quod est alius ab eo, scilicet, Spiritus sanctus, & per hoc innotescit eodem modo sicut, & pater, scilicet communi spiratione. Spiritus sanctus autem innotescere potest per hoc, quod est ab alio, vel ab alijs, & sic innotescit processione. Non autem per hoc, quod alius sit ab eo: quia nulla diuina persona procedit ab eo. Sunt igitur quinque notiones. In diuinis, scilicet, innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio, & processio. Harum autem tantum quatuor sunt relationes. Nam innascibilitas non est relatio, nisi per reductionem, vt infra dicitur. Quatuor autem

Vazquez in 1. partem To. II.

tantum proprietates sunt. Nam communis spiratio non est proprietas: quia conuenit duabus personis. Tres autem sunt notiones personales, id est, constituentes personas, scilicet paternitas, filiatio, & processio. Nam communis spiratio, & innascibilitas dicuntur notiones personarum, non autem personales, vt infra magis patebit.

Ad primum ergo dicendum, quod præter quatuor relationes oportet ponere aliam notionem, vt dictum est.

Ad secundum dicendum, quod essentia in diuinis significatur, vt res quædam, & similiter personæ significantur, vt res quædam, sed notiones significantur, vt rationes notificantes personas. Et ideo licet dicatur Deus vnus propter vnitatem essentiae, & trinus propter Trinitatem personarum: non tamen dicitur quinus propter quinque notiones.

Ad tertium dicendum, quod cum sola oppositio relatiua faciat pluralitatem realem in diuinis, plures proprietates vnius personæ cum non opponantur ad inuicem relatiue, non differunt realiter. Nec tamen de se inuicem prædicantur: quia significantur, vt diuersæ rationes personarum. Sicut etiam non dicimus, quod attributum potentiae sit attributum scientiae: licet dicamus, quod scientia sit potentia.

Ad quartum dicendum, quod cum persona importet dignitatem, vt supra dictum est, non potest accipi notio aliqua Spiritus sancti ex hoc, quod nulla persona ab ipso. Hoc enim non pertinet ad dignitatem ipsius, sicut pertinet ad authoritatem patris, quod sit à nullo.

Ad quintum dicendum, quod Filius, & Spiritus sanctus non conueniunt in vno speciali modo existendi à Patre: sicut Pater, & Filius conueniunt in vno speciali modo producendi Spiritum sanctum. Id autem, quod est principium innotescendi, oportet esse aliquid speciale. Et ideo non est simile.

Conclusio est. Quinque tantum notiones sunt in diuinis personis, innascibilitas, paternitas, spiratio, filiatio, & processio, earum numerum colligit S. Thom. ex numero emanationum, quibus duæ personæ procedunt.

DISPUTATIO CXXXVII.

An præter quinque notiones alia sexta possit constitui.

Sextam notionem in Filio scilicet inspirabilitatem adstruit Scotus, cap. 1.
Ratio Caietani, ob quam quinque notiones tantum debeant assignari, cap. 2.

Rationes Durandi, & Canariensis de eadem 76, cap. 3.
Recentiorum ratio de eadem 76, cap. 4.
Vera ratio, ob quam innascibilitas est peculiaris notio, non
item inspirabilitas, cap. 5.

CAPVT I.

Sextam notionem in Filio, scilicet inspirabilitatem,
adstruit Scotus.

1.
Scotus.

Scoti ratio.

S. Thomae.

Cuidam ob-
iectioni oc-
currit, Scot.

1. Ioan. 5.

2.

Scotus in primum d. 28. q. 1. ad 3. præter quin-
que notiones, quæ communiter assignari so-
lent, scilicet præter paternitatem, & innascibilita-
tem in patre, spirationem in Patre, & Filio, filia-
tionem in solo Filio, & processionem in solo Spi-
ritu sancto, non dubitat sexta aliam filio assigna-
re, quam ipse vocat inspirabilitatem; & denotat
negationem processionis per voluntatem. Nam
sicut constituitur peculiaris notio innascibilitas,
sic etiam poterit assignari inspirabilitas, quæ de-
notat negationem vnus tantum processionis. Et
quamuis, vt docet Sanctus Doctor in solutione
quarti, non spirator non sit notio, quia solum sig-
nificat negationem spirationis actiue: inspirabi-
litas tamen, quæ negationem passiue processio-
nis denotat, non minus ad dignitatem personæ
pertinet, quam innascibilitas, quæ etiam nega-
tionem processionum passiuarum significat: aut
reddenda est ratio, ob quam vna potius negatio,
quam alia sit notio.

Neque obstat, inquit Scotus, quod hæc
quinque tantum notiones à Theologis diuini
personis fuerint assignatæ, quia in Scriptura tres
tantum notiones, quæ sunt proprietates perso-
nales enumerantur, 1. Ioan. 5. postea vero addita
fuit quarta, quæ est spiratio. Præterea vsque ad
Ambrosij tempora notio innascibilitatis, & inge-
niti erat occulta; imò vero ab ipso, & alijs Parti-
bus reiecta, postea vero in Ecclesia Dei ab Augu-
stino, & alijs, vt disput. 141. videbimus, libenter
admissa, qui ergo mirum erit, si modo etiam sex-
tam addamus, & eam tota schola recipiat? argu-
mentum enim à negatione inane, & futile est.
Quare non licet arguere pro numero notionum
hoc modo. Hactenus in Ecclesia Dei non fuit à
Doctoribus tradita sexta notio: ergo nullo modo
licet eam nunc assignare.

CAPVT II.

Ratio Caietani, ob quam quinque notiones tantum
debeant assignari.

Vera mul-
torum sen-
sentia.

Alexand.
S. Thomas.
Caietanus.
Canariens.
Bonauent.
Durandus.
Capreolus.
Gabriel.
Nursius.
Rigardus.

Reliquis Scholasticis ita probatur numerus
quinque notionum, vt asserant, nec sextam
illam, nec vllam aliam addendam esse: quorum
sententiam ego veram, & amplectendam existi-
mo: eam docuerunt Alexand. 1. part. quæst. 68.
memb. 3. cum Sancto Thoma in hoc articulo, Cai-
etanus, Canariensis, & recentiores Thomistæ,
Bonauentura in 1. distinct. 26. quæst. 4. Durandus
quæst. 2. num. 9. & seqq. Capreol. in 1. distinct. 28.
quæst. 1. artic. 1. conclus. 5. & 6. Gabriel. quæst. 1.
artic. 3. dub. 1. Marfil. in primum quæst. 29. artic. 1.
notatione 8. & colligitur ex Ricard. in primum
distinct. 28. art. 1. quæst. 1. in corpore, & ad tertium
simul: qui omnes excepto Alexand. non solum
asserunt, quinque tantum esse notiones, verum
etiam contra Scotum asserunt negationem pro-
cessionis non esse notionem. Sic, expresse dix-
erunt Ricardus, Durandus, Capreolus, & Cana-
riensis: reliqui vero in vniuersum asserunt,
nullam negationem alicuius processionis pecu-
liaris esse notionem, talis autem est inspirabilitas:
in quem sensum Capreolus interpretatur Docto-
rem Angelicum.

Cæterum quare, cum innascibilitas sit notio
peculiaris non sit inspirabilitas, variant inter se,
qui hanc posteriorem sententiam sequuntur. Vt
autem suam quisque explicet opinionem notat
quædam, quæ omnibus indubitata esse debent,
& nos etiam vera esse fatemur. Primum notat Cana-
riensis, notionem non esse ipsam originem
formaliter: hæc enim significatur, & concipitur
per modum viæ: notio autem habet rationem
formæ, velut in facto esse existentis in ipsa perso-
na. Sed quamuis origines dicantur notiones, non
debent distinctè constitui ab ipsis formis in facto
esse: Nam cum per generationem cognoscimus
primam personam eodem modo, quo per pater-
nitatem: generatio non debeat esse distincta no-
tio à paternitate.

Secundo obseruandum est ex S. Thoma in hoc
articulo, ad vltimum, Bonauentura, Marfilus, &
Canariens. locis citatis, nomina, quæ significant
processionem vniuersæ, nõ significare distinctam
notionem, etiam si processionem sunt notiones.
Veluti si generare ponitur notio, non debet esse
distincta alia notio, producere: quia producere, &
generare, vt vniuersale prædicatum, & particula-
re differunt: vniuersale autem cum particulari
non debet numerari.

Tertio præmittendum est ex eisdem Docto-
ribus cum S. Thoma in hoc articulo, ad quartum,
notionem personæ debere concipi à nobis per
modum dignitatis, & perfectionis cuiusdam.
Nam, vt ait S. Thomas, cum personæ præstat
dignitatem aliquam: notio personæ eim debet
aliquo modo denotare. Si enim accipiamus ali-
quid, quoddam nullam perfectionem significet, vt
non spirare, non concipimus peculiare aliquod
de personæ: quod videtur esse de ratione notio-
nis: notio enim est id, quo, peculiari modo, per-
sona nobis innotesceat: quod nisi, vt dignitas, aut
perfectio apprehendatur, non debet dici notio
personæ.

Rationem vero discriminis inter innascibili-
tatem, & inspirabilitatem variè Doctores as-
serunt, vt Scotus satisfaciunt. Primum quidem
Caietanus in hoc articulo, §. Ad cuius euidentiam, &
ita responder. Quamuis negatio regulariter non
sit notio personæ, cum notio innoteceat gratia
componatur, priuatio autem potius per habitum co-
gnoscatur, quam contra, & idè inspirabilitas
non sit notio, tamen peculiari ratione innascibi-
litas, quæ est negatio, dicitur notio Patris, pri-
mitas, quia sola persona Patris in aliam habet
tationem primi principij: primum autem prin-
cipium optimè cognoscitur per hoc, quod est non
esse ab alio. Tum etiam ponitur peculiaris notio
propter variam connexionem horum. termino-
rum, Pater, & Ingenitus, cum erit in creaturis li-
qui est Pater, simul sit ab alio genitus: in diuinis
vero non item, sed Pater hoc habet peculiare,
quod à nullo procedat: idè, vt peculiaris notio
Patris æterni ponitur innascibilitas, quæ nulli al-
teri patri conuenit: contra vero cum spirabilis
nulli filio, etiam creato conueniat: sed omnis fi-

lius sit non spiratus: inspirabilitas, vel negatio spirabilitatis nō debet peculiaris notio Filij æterni constitui. Ad hæc, quoniam is, qui affirmat in Deo esse duos innascibiles, affirmat etiam duos esse Deos, ut ait Hylarius in lib. de Synodis: ideo necesse est, innascibilitatem constitui notionem peculiarem alicuius personæ. Hactenus Caiet.

Meo tamen iudicio non satis explicat rationem discriminis, quam inquirimus. Quod enim per negationem illam cognoscatur à nobis ratio primi principij, non negamus: verum, nisi per eam negationem conciperemus aliquam positivam rationem principij, ipsa sola negatio secundum se inter notiones personæ non esset numeranda. Ut autem ratione positiui, in cuius cognitionem deducit, dicatur notio peculiaris, illud debet esse diuersum à positiui, quod alijs notiorum vocibus significatur: quare debebat ostendere Caietanus, quomodo id, quod per innascibilitatem concipimus, sit positiuum distinctum ab alijs notionibus nostro modo intelligendi, id vero, quod per inspirabilitatem in Filio cognoscimus, non sit.

Præterea, quid quæso refert, innascibilitatem esse negationem peculiarem in Patre æterno, & eam in alijs patribus creatis non reperi, ut ideo sit peculiaris notio Patris æterni? Nam si non inueniatur aliquid positiuum speciale, quod negatione illa innoteat, non debet specialis notio constitui. Mito tertiam rationem, quam Caietanus affert ex Hylario: illa enim parum habet momenti.

CAPVT. III.

Rationes Durandi, & Canariensis de eadem re.

Deinde respondet Durandus in 1. distinct. 26. quæst. 1. a. 1. o. hanc esse differentiam inter innascibilitatem, & inspirabilitatem: quod inspirabilitas solum significat negationem spirationis passivæ, quæ cum contineatur in notione positiuæ actiue spirationis, quia eo ipso, quod est spirator, spiratus esse nequit: ideo non ponitur notio diuersa ab spiratione actiua, quæ communis est Patri, & Filio æterno, at innascibilitas significat negationem, non solum solius generationis, sic enim non esset distincta notio à paternitate, sed etiam cuiusque alterius processionis, tam immanentis per intellectum, & voluntatem, quam transcendentis per creationem, & sic innoteat nobis aliqua dignitas primæ personæ tanquam primi principij distincta ab alijs notionibus.

Ego quidem existimo eam negationem non debere constitui diuersam notionem, quæ non indicat nobis aliquam dignitatem positivam diuersam ab alijs positiuis notionibus, alioqui liceret, plures alias notiones per negationes multiplicare. Verum tamen non satis ostendit Durandus, quomodo innascibilitas significet nobis pro materiali nouam dignitatem personæ, quam non indicat inspirabilitas. Nam dicere posset aliquis, sicut inspirabilitas non est distincta notio ab spiratione actiua, quia illam hæc negatio consequitur, sic etiam nec innascibilitas, quia hæc etiam negatio necessario consequitur paternitatem, & spirationem actiuam. Quod enim est principium omnis processionis, quale est paternitas, & spiratio actiua simul, non potest aliquo modo procedere. Deinde non posse procedere per creatio-

Vasquez in 1. partem Tom. II.

nem habet Pater, & quævis alia persona, in quantum Deus: imo, ut infra disput. 140. cap. 1. ex Damasceno ostendimus, ingenitum, ut significat increatum, vel non procedens per creationem, non est notio, ad notionem personalem pertinet, cum ea sit ratio quædam communis omnibus personis, notio autem vni, aut duabus personis solum conuenire debeat.

Deinde Canariensis reprehendit asserentes, innascibilitatem esse notionem ratione alicuius positiui coniuncti, & asserit esse notionem ratione solius negationis. Quare autem innascibilitas sit notio ratione solius negationis, non item inspirabilitas, non alio modo probat, nisi quia inspirabilitas negat solum processionem per voluntatem, ex quo non videtur significari dignitas aliqua Filij, at innascibilitas negat in Patre omnem processionem, ex quo aliqua eius dignitas nobis innoteat distincta ab alijs notionibus merito ergo constituitur diuersa notio. Ideoque inquit vocari Patrem ab Hylario g. de Trinitate, maiorem Filio, quia ab alio non procedit, non quod Filius minor sit, sed, ut inde Patris autoritas per innascibilitatem nouo modo ostendatur.

Verum hic author incidere videtur in sententiam, quam ipse impugnauit. Nam si ideo dicit, innascibilitatem esse notionem, quia denotat aliquam Patris dignitatem, seu auctoritatem, sequitur eam non esse notionem ratione negationis, sed ratione positiuæ dignitatis, quam indicat: nulla enim negatio, ut negatio est, potest esse dignitas alicuius, aut perfectio illius, tametsi negatione, aliquando perfectionem positivam significemus, ut sequenti capite dicetur.

CAPVT. IV.

Recentiorum ratio de eadem re.

Postremo alij contra communem sententiam Scholasticorum, quos cap. 2. commemorauimus, affirmant, notionem personæ non semper ad dignitatem illius pertinere, sed sciri esse, si per eam persona nobis innoteat. Quare cum per innascibilitatem cognoscatur à nobis persona Patris, non item per inspirabilitatem persona Filij, ideo dicunt, innascibilitatem esse notionem, non inspirabilitatem, non quia per innascibilitatem cognoscamus peculiarem aliquam Patris dignitatem, sed, quia tota eius persona negatione illa innoteat. Probant vero inspirabilitatem non cognosci personam Filij, quia non omnis negatio apta est ad cognoscendum melius positiuum, sed aliqua: huiusmodi autem non est inspirabilitas: nam persona Filij melius à nobis cognoscitur filiatione, & generatione passiva, quam negatione passivæ spirationis: Pater autem melius per negationem processionis, eo quod, ut ait S. Thomas, quæstione sequenti, artic. 4. in corpore, & ad primum, & in 1. distinct. 28. quæst. 1. artic. 1. & 2. prima melius per negationem agnoscuntur. Ideo ergo ponitur notio.

Hæc tamen sententia facile potest confutari: Primo, quia contra communem sententiam Scholasticorum docet, de ratione notionis non esse significare dignitatem aliquam personæ, cuius est.

Secundo, quia, ut in notationibus articuli præcedentis, & disput. 137. cap. 2. diximus, notio, quæ ponitur ab Scholasticis in diuinis nō est ipsa cognitio,

cognitio, qua personam cognoscimus, neque est mediū, per quod in notitiā illius devenimus, nec modus ipsam cognoscendi: sed ratio personæ à nobis cognita, qua cognita, hoc ipso persona cognoscitur: iam verò si negatione, ut inaccessibilitate cognoscitur à nobis persona Patris, non secundum aliam positivam rationem, quam paternitatis solius, vel spirationis, vel utriusque: ob id non debet inaccessibilitas diversā notio assignari; hoc est, diversā ratio cognita de persona, sed diversus modus eam cognoscendi, qui apud Scholasticos non est notio.

Rejicitur
tertio.

Tertio, vel ratio, quam de Patre per negationem cognoscimus, est ipsa negatio, & sic qualibet negatio cognita de persona erit notio, vel est ratio positiva media illa negatione cognita; & hæc erit aliqua dignitas, vel ergo est distincta à paternitate, & spiratione, & sic erit distincta notio positiva contra præcedentem opinionem, vel est ipse paternitas, & spiratio, & ita inaccessibilitas non erit notio, id est, ratio diversum cognoscendi eandem rationem de persona. Veluti si ratio infinitatis, & aliorum attributorum, quæ negatione concipiuntur & denominantur, cognoscitur duplici via, & per negationem, & modo positivo, non deberet dici diversā notio naturæ & essentiae, hoc est, diversā ratio cognita, sed eadem omnino, diversio tamen modo intellecta.

11.

Quarto re-
fuitur.

Quarto, quemadmodum ratio Filij melius nobis nota est per se, quam per negationem spirationis; sic etiam ratio patris, & ratio spiratoris in patre melius secundum se cognoscuntur à nobis, & persona patris per illas rationes positivas, quæ per negationem processionis, quæ est inaccessibilitas: quis hoc non videat? melius enim cognosco principium duorum conceptu proprio productionum, quam negatione opposita. Propterea Cyrillus lib. 1. Theauri, c. 2. sic ait: Et qui Patrem nominavit Deum ab ipso, significavit quod est, qui vero in genitum dixit, ab eo, quod non est. Pater enim Filius est, genitus vero non est. Quod autem ab eo, quod est, quam ab eo, quod non est, commodius Deum nominamus, inde perspicuum erit, &c. Frustra igitur inaccessibilitas ab ipsis Theologis ea de causa constituitur notio, quia per illam persona Patris melius innotescat.

Cyrillus.

12.

Quod si dicant, per negationem illam melius à nobis primam personam cognosci, quatenus habet rationem primi principij, quia prima melius negatione innotescunt, necesse erit aliam rationem positivam primi principij, pater paternitatem & spirationem assignare. Nam si in his duabus, vel illarum altera consistit, melius proculdubio cognoscitur per illas, quam per negationem. Si autem ut negatio sit notio, satis est per illam quoquo modo cognosci personam, etiam si sub eadem dignitate cognoscatur: erit etiam inspirabilitas notio: hæc enim quoquo etiam modo reddat nobis notam secundam personam. Addant aliqui cum Alexand. 1. par. q. 69. mem. b. 4. & 5. ideò ingentum esse notionem, quia etiam si esset una sola persona, illa diceretur ingentia: ergo cum hac negatione posse persona cognosci sine paternitate, & spiratione; erit distincta notio ab illis. Sed contra est ratio manifesta: Nam eodem modo inspirabilitas in Filio, & ingenerabilitas in Spiritu sancto cognosci possent, etiam si nec Filius generaretur, nec Spiritus sanctus spiraretur, sed alijs

Quorundā
ratio refu-
tatur.
Alexand.

diversis modis procederent: id tamen non sufficit, ut illæ negationes sint peculiare notionem, quia nunc cum supponimus Filium genitum, & Spiritum sanctum inspiratum, hæc negationes satis notæ sunt per alias positivas notionem, nec illam dignitatem diversam ab illis denotant.

CAPUT V.

Vera ratio, ob quam inaccessibilitas est peculiaris notio, non item inspirabilitas.

Veram rationem assignemus, per quam inaccessibilitas dicatur à nobis notio Patris, distincta ab alijs, at vero inspirabilitas in Filio, & ingenerabilitas in Spiritu sancto non item obliuanda est doctrina Durandi in primum distinctæ quæst. 1. artic. 1. nempe negationem forme non tantum esse in aliquo subiecto, quod illa dicitur carere, sed etiam oriri ex peculiari aliqua ratione formali opposita ei, cuius dicitur esse negatio: veluti incorruptibile in cælo, quod negatio est corruptionis, nascitur ex aliqua formali ratione opposita corruptioni, nempe ex perpetuitate, vel etiam simili, quæ nomine caret: incorruptum similiter in Angelo est negatio corporis, quæ nascitur ex ratione spiritali. Illam vero rationem, unde nascitur negatio, nonnumquam negationem ipsam significamus; eò, quod notior nobis est negatio, quam forma positiva: est autem aliquando notior negatio, quia formalis ratio, quæ prius, notior est, ut corruptio, quam perpetuitas: atque ideò perpetuitatem incorruptibilitatis nomine melius significamus, & concipimus. Sic multa de Deo cognoscimus, quia melius intelligimus, quid non est, quam quod est, ut disput. 2. cap. 4. ex doctrina Patrum notauimus.

Hinc colligere licet primam rationem, ob quam inaccessibilitas sit notio, etiam si negatione significetur: qui nimirum quatuor formaliter, & expresse significet negationem, & id, quod Pater non est: materialiter tamen, & directe significet positivam aliquam dignitatem personæ, modum scilicet aliquem subsistendi illius, in quo dignitas aliqua nostro modo intelligendi apparet, & per negationem à nobis cognoscitur. Sicut incorruptum, & incorruptibile denotant æternitatem positivam, quæ sunt peculiaris causa negationis corruptionis, & corruptionis, videlicet perfectionem perpetuitatis, & Spiritus. Quam sententiam sequutus est Bonavent. in primum distinctæ 4. quæst. 4. ubi docuit, inaccessibilitatem ratione solius negationis non posse notionem esse, quia sic nullam dignitatem personæ significat: sed ratione positivæ dignitatis, quàm denotat, plenitudinem mirum, seu auctoritatem vniuersalis, & primi principij, quam ipse fontalem vocat. Cuius opinionis meminit Sanctus Thomas quæst. 2. art. 4. ad primum. Sunt etiam ex Patribus nonnulli, qui expresse cōcedunt inaccessibilitatem significari modum aliquem positivum personæ, intelligunt autem, sicut hæcenus expositum est. Sic affirmat Basilii lib. 4. contra Eunomium, cap. 2. patrem & principium, ut admittit nomen, ingentum, ut Pater proprium, & genitum, ut proprium Filij, his verbis: Quare inaccessibilitas substantie modus, non substantia (hoc est essentia) nomen est. Et Cyrillus libro 1. Theauri, cap. 4. circa finem. Et nomine ingentum, substantiam, (hoc est essentiam) sed modum, quia Deus est, significare volumus. Damasc. quoque lib. 1. de divinis dogm. cap. 9.

cap. 9. sicut. *Qua sit, ut omnia, qua Pater habet, Filij sint, hoc vno excepto, quod ingenuus non est, quia quidem rex nec natura discrimen, nec dignitatem, atque auctoritatem, sed existentia modum indicat. Cum inquit ea voce non significari dignitatem, & auctoritatem, intelligit, qua Pater Filio antecellat: patet, ut explicauimus disput. 122. cap. 5. cum dicat significari ea voce modum existendi personae, fateri debet significari etiam positum aliquam rationem, quae nostro modo intelligendi ad dignitatem, hoc est, ad perfectionem personae pertineat. Id quod ex sententia Scholasticorum diximus esse necessarium, ut aliquid habeat rationem notionis. Accedit Nicetas in Orationem 23. Nazianz. quae est in laudem Hieronis in illa verba, *Illud item, &c. ubi ingenuum appeller Characteristica Patris proprietatem.* Cum vero Cyrillus lib. 1. Theauri, cap. 3. in principio ait: *Non est igitur ingenuum substantia, sed substantiam, de qua dicitur, non esse tali modo, significat.* Quibus verbis videtur docere, nomen hoc negationem modi, non modum substantiae significare, intelligi debet de formali, & expresse significato, ut supra notatum est: ob id tamen non negat, significare etiam pro materiali modum positum substantiae, sicut ipse etiam Cyrillus cum alijs Patribus facit. Eodem modo intelligendus est August. qui 5. lib. de Trinitate, cap. 6. & 7. contendit, eo nomine significari potius, quod non est, quam quod est: hoc enim etiam dicimus de his nominibus, quibus aliqua attributa Dei significamus, ut, *immutabile, incorporeum*, sic etiam Nicetas loco allegato dixit, nomen, *ingenuum*, negationem significare generationis.*

Secundo, ut ostendamus innascibilitatem ratione positum, quod ea voce significatur, esse quintam notionem, oportet assignare diuersum conceptum positioni eius, & aliarum. Ideo namque S. Thomas refellit hanc sententiam Bonauenturae, quam secuti sumus, quia nullum significatum positum distinctum à paternitate, & spiratione actus huius vocis, *Innascibilis*, in Patre responderet: nos vero facile possemus diuersum significatum ostendere, sequentes id, quod Bonauentura constituit. Nam qui Patrem concipit sub eodem conceptu solius paternitatis, aut solius spirationis actus, nondum ipsum expresse apprehendit, ut primum principium in Trinitate; quamuis inde deducere id possit: solum enim ipsum intelligit, ut principium peculiare filij per generationem, aut Spiritus sancti per spirationem, sed adhuc expresse non concipit patrem sub ratione primi principij. Nam quauis paternitas ostendat esse Patrem prioris origine Filio; & spiratio, prioris esse originem Spiritu sancto: non tamen ostendunt esse primum, expresse, & formaliter: ut ergo ostendamus Patrem esse primum utitur voce, *Innascibilis*, qua per modum negationis significamus, Patrem ita esse Patrem, & ad Filium referri, ut sua paternitate constitutur prima persona, cuius ratio recte intelligitur per negationem illam ingenui, quod à nullo sit villo modo, etiam ab alia persona diuina, id quod sola notione paternitatis, & spirationis nondum expresse cognoscebamus de Patre, & emanationum: quia tamen nulla illarum relationum id supponit in sub conceptu expresse, & formaliter, id est addita notione innascibilitatis personae Patris cum sua paternitate nouo modo po-

nitudo innotescit, ut prima; & fontalis origo: Prima enim, & simplicia melius à nobis negatione cognoscuntur, ut docet Aristot. 10. Metaphysic. 18. Et hoc modo positum, quod responderet huic notioni innascibilitatis, est paternitas sub ratione primi, qua semel constituta, constat deinde quae sit secunda persona, & quae sit tertia; & ideo non oportet alias notiones multiplicare. Nam cum filio, ad solum patrem referat filium, processio vero Spiritum sanctum ad Patrem, & Filium, in quibus consideratur spiratio; non opus est ad significandam secundam, & tertiam sub ratione secunda, & tertia personae, alias notiones constituere, sicut necessaria fuit peculiaris notio ad ostendendum, personam patris esse omnium primam originem, & fontem, quod nondum sola notione paternitatis expressum erat.

Sed rogabis, utrum haec notio cum pro materiali significet positum, illud sit relatio, an absolutum, & si sit relatio, utrum eadem cum paternitate, an diueria. Respondeo, significatum positum huius vocis esse paternitatem, sub peculiari conceptu primae originis, & principij, quo non additur relatio realis noua, sed rationis, quia relationis realis non datur noua alia relatio realis. Utrum vero, antequam intelligatur prima persona generans actu, ratio illa primae, & ingenuitatis significet relationem, an absolutum, & sit diuersa notio, dicemus disput. 140. cap. 3. & disput. 169. cap. 7. Ab hac sententia non discedunt S. Thomas, & Gasparius, quos infra citabimus disput. 140. cap. 3. cum asserunt, hac negatione significari, & innotescere rationem primi principij; tamen impugnant opinionem Bonauenturae, sed in alium longe diuersum sensum, ut ibidem dicemus. Idem docent, significari ea negatione Durandus, Capariensis, & Caiet. ut ibidem dicemus, quamuis hi tres alio modo defendant rationem peculiaris notiois, ut supra vidimus.

At vigeat aliquis hoc modo, eadem ratione ob diuersas relationes rationis possumus constituere nouas alias notiones in secunda, & tertia persona, rationem videlicet verbi & imaginis in filio, rationem etiam doni in Spiritu sancto: haec enim omnia distinguuntur, nec sunt synonyma, quia connotant simul diuersos respectus rationis supra relationes reales personales: ergo erunt diuersae notiones personarum. Respondeo in primis rationem imaginis non esse diuersam notionem à filiatione, quia in definitione filij includitur ratio imaginis, cum dicitur, *In similitudinem naturae*, ut explicauimus disput. 113. cap. 1. & 7. deinde si ratio filij intelligatur speciatim, prout est in Deo, idem est, quod ratio verbi, quia cum filius generetur per intellectum diuinum, eo ipso est verbum patris, & sic videntur in Deo haec duo distinguui sicut ratio communis, & particularis, quae non constituunt diuersas notiones, ut in notationibus secundi articuli diximus: determinatur enim, & coarctatur magis ratio filij per rationem verbi, & contra etiam, ratio verbi per rationem filij, & ideo non opus est diuersam notionem intelligere. Qui enim distincte & speciatim cognoscit unam, cognoscit & aliam, id quod paucis indicauit nobis Athanas. Orat. 1. contra Arrianos longe à medio: ostendens enim cur simul appelletur secunda persona filius, & verbum sic loquitur, *Utrumque scriptura in unum coaptans, Filium quidem*

A. 18.

Quid positiue significet innascibilitas supra paternitatem.

19.

Ob. 1.

Solutio.

Ratio.

Dei.

Imaginis.

Doni.

Notiones diuersae à reliquis.

20.

Athanas.

Basilus.

dem eum ea de causa appellavit, ut naturalem, & verum patris substantia fuerit declararet, sed tamen, nequis humanitas aliquid edictum; genitumque intelligeret, denno etiam substantiam definiens, verbum illud, & sapientiam, & splendorem nominavit; ex illis enim vocabulis impati-
bilitatem in gignendo, eternitatem item, & decorum illud, quod in Deum convenit, cogitatione apprehendimus. Ecce quomodo Athanasius existimat, ex omnibus sup-
pominibus vnam notationem filiationis Characterizant, & sigillatam significari. Idem omni-
no habet Basilus homil. in illa verba. In principio erat verbum, & ait, verbum itaque dixit, ut impassibilem pa-
tris generationem ostendat, & perfectam filij substantiam Theologizet, & incommunionem sine tempore filij ad Pa-
trem per hanc ostendat. Et infra, Si dixisset in principio erat Filius, appellatione filij cogitatio de passione generationis subijset. Ratione vero relationis rationis quā con-
notat verbum ad creaturas filiatione non est consti-
tuenda diversa notio personarum, quia notiones per-
sonarum non debent distingui per respectus ad creaturas, sed inter se tantum. Et hac eadem de
causa ratio doni non est distincta notio à ratione
spiritus, vel amoris producti: quia solum addit
supra spiritum respectum rationis ad creaturas;
tum etiam, quia ratio doni est velut generica, ra-
tio vero spiritus velut particularis; ex communi
autem, & particulari non constituitur distincta
notio. Ratio vero ingenti licet addat relationem
illam rationis supra paternitatem; quia tamen il-
lam addit respectu personarum intra ipsum Deum,
ideo notio est primæ personæ. Reliqua quæ de
voce, ingentium, notatione digna sunt, dicemus dis-
put. 140. an autem liceat aliter de notionum nu-
mero sentire, dicemus art. 4. huius quæst.

DISPUTATIO CXXXVIII.

An spiratio activa distinguatur realiter à
paternitate, & filiatione.

*Spirationem à paternitate, & filiatione, sola ratione no-
stra differre contra Scotum, & Durandum probatur,
cap. 1.*

*Quare dicantur in Deo esse quatuor relationes reales, cap. 2.
Ob solam distinctionem rationis, non prædicari spirationem,
de paternitate, aut filiatione, vel contra, cap. 3.*

CAPVT I.

*Spirationem à paternitate, & filiatione, sola ratione
nostra differre contra Scotum, & Du-
randum probatur.*

Scot. & Du-
rand. sent.
1.

Cum spiratio activa, quæ dicitur relatio spi-
ratoris, sit in Patre, & Filio, à quibus Spi-
ritus sanctus procedit, disputatur ab Scholasticis;
vtrum ex natura rei ab illis differat, an sola opera-
tione nostri intellectus. Scotus autem in quodl. 5.
art. 2. in fine existimat, distingui ex natura rei, non
sicut res differt à re, sed media illa distinctione,
quam ipse formalem vocat, eisdem prorsus addu-
ctis rationibus, quibus docuit attributa inter se,
& ab essentia, & relationes ab essentia ex natura
rei formaliter distingui, quas retulimus disput. 116
cap. 3. & disput. 120. c. 3. Præcipua tamen est, quia
diversa admodum prædicata dicuntur de vna, quæ
non de alia, ut satis constat; inter quæ illud maio-
rem vim habet, quod dicimus spirationem realiter
Filio à Patre communicari; paternitatem ve-
ro, & filiationem realiter non communicari affir-

mamus. Quo sane fundamento nixus Durand.
in 1. d. 13. q. 2. nu. 14. octo rationibus probat, spi-
rationem activam realiter distingui à paternitate, &
filiatione, non quidem media illa distinctio. Scoti,
quam ipse Durand. non admittit, ut eisdem locis du-
riora iuvemus, sed distinctione omnino reali.

Hanc sententiam eodem modo censio esse fal-
sam, sicut illam de distinctione attributorum ab
essentia, aut essentie à relationibus, & personis
eisdemque testimonijs, & rationibus refellenda
est. Quare cum S. Thoma in hoc articulo in soluti-
one 3. Caietano in hac quæst. articulo 2. & Ca-
natensis ibidem 2. p. Commentarij, Matfilio in
primum quæst. 30. artic. 4. dub. 2. Capreolo in pri-
mum distinct. 13. quæst. 1. art. 2. conclud. dicendam
est spirationem ex natura rei, & ante nostram
considerationem, idem esse cum paternitate, &
filiatione; id quod præter allata testimonia in illis
disputationibus confirmat etiam Boethius lib. de
Trinit. cum inquit, relatio multiplicat Trinitatem,
quod intelligendum est per oppositionem
relatiuam, ut disput. 147. explicabitur, & Anselm.
libro de Spiritu sancto, qui, ut communiter refer-
tur, ait, in divinis omnia esse: vnum ubi non ob-
viat relationis oppositio; quis tamen sit sentius
Anselmi eo loco, disputatione citata cap. 4. dice-
mus. Adde etiam Damasc. lib. de fide cap. 1. qui
ita scribit. Vnum idemque omnino sunt Pater, & Filius,
& Spiritus sanctus, nisi, quod Pater genitus non est, Filius
genitus est, Spiritus processit, quod autem in ea distinctione
est (scilicet in essentia diuina) cogitatione sola distin-
guuntur.

Deinde ex sententia Durandi, & modo lo-
quendi illius sequitur, concedendam in Deo esse
quaternitatem contra definitionem Concilij La-
teranensis sub Innocentio VIII. in cap. Damnamus,
de summa Trinitate, & fide Catholica. Respon-
det Durand. in eo cap. solum damnamus sententiam,
quam Ioachim. Abbas Magistro sententiarum Elia-
so imponebat; nimirum in Deo essentiam cum
relationibus quaternitatem in solis relationibus. Verum
hoc subterfugium inane est; eadem enim ratio est
quaternitatis prioris illo modo, & hoc posterioris,
quo illam affirmat Durandus: ideo namque dam-
natur quaternitas, quia fides Catholica non quæ-
rit in Deo concessit nisi Trinitatem; & totum nume-
rum in Deo, qui solum est in personis, & relati-
onibus, ad ternarium reduxit. Rationibus vero Sco-
ti, & Durandi eodem modo satisfaciendum est,
quo supra disputationibus allegatis respondimus,
ne probarent essentiam à relationibus, seu perso-
nis ex natura rei, seu realiter distingui.

Cæterum contra nonnullos Thomistas obier-
uandum est, falso eos asseruisse, spirationem di-
stingui realiter à paternitate, & filiatione, non in
genere rei, sed in genere relationis: quoniam si rea-
liter distinguuntur in genere relationis, ut sit etiam
ingenere entis distinguantur; multiplicato enim
inferiori, multiplicatur etiam superior. Nam qui
fieri potest, ut vna relatio secundum rem non sit
alia, & illæ non sint duæ res, & duo entia?

CAPVT II.

Quare dicantur in Deo esse quatuor relationes reales.

Quæ vero ratione absolute dicantur in Deo
quatuor relationes reales, etiam illi realiter
non distinguantur, difficile apparet. Nam, ut
propterea